



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Epistola XXVIII. Gregorii Papae I. Ad Candidvm Defensorem. Vt Albino
luminibus priuato singulis annis duo tremisses praebeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

animalia uiuant, Deum verum nesciant, ligna autem & lapides adorent; in eo ipso quod Deum verum colis, quantum omnes antecedas, ostendis. Sed fidem, quam percepisti etiam bonis actibus & verbis exequi debes, & Christo, cui credis, offerre quod præuales; vt ad eum quoscumque potueris adducas, eosque baptizari facias, & æternam vitam deligere admoneas. Quod si fortasse ipse agere non potes, quia ad aliud occuparis, salutans peto, vt hominibus nostris, quos illuc transmisiimus, fratri scilicet & coepiscopo meo Felici, filioque meo Cyriaco seruo Dei solatiari in omnibus debeas, vt dum eorum labores adiuuas, deuotionem tuam omnipotenti Domino ostendas, & ipse tibi in bonis actibus adiutor sit, cuius tu in bono opere famulus solatiaris. Benedictionem vero sancti Petri apostoli per eos vobis transmisiimus, quam peto vt debeatis benigne fuscipere.

Mense Iunio, indictione duodecima.

EPISTOLA XXVIII.

GREGORII PAPÆ I.

AD CANDIDVM DEFENSOREM.

Vt Albino luminibus priuato singulis annis duo tremisses præbeat.

Gregorius Candido defensori.

Ioan. diac.
lib. 2. c. 55.

NCESSITATEM patientibus pontificale conuenit adesse subsidium. Pro quare experientia tua præsentia auctoritate præcipimus, quatenus Albino priuato luminibus, filio quondam Martini coloni, singulis annis duo tremisses sine aliqua dilatione præstare non desinat, non dubitatura suis hoc sine dubio rationibus imputari.

EPISTOLA XXIX.

GREGORII PAPÆ I.

AD IANVARIVM EPISCOPVM CALARITANVM.

De episcopo ordinando in eo loco vbi pridem extiterat.

Gregorius Ianuario episcopo Calaritano.

PERVENIT ad nos, in loco qui intra prouinciã Sardiniam situs est, & dicitur Phasiana, consuetudinem fuisse epi-